



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Coniuratio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

claris. Prælud. 5. num. 5. Nou. num. 9.

C O N I V G I V M , & coniunx. vide plura:  
in tit. Luxuria , Maritus , Matrimonium,  
Vxor.

## C O N I V R A T I O .

PResbyter, prodiciones, homicidia , & alia  
delicta parata potest denunciare, nec erit  
irregularis , si præmittat protestationem.  
Quod verum est, licet iurasset non reuelare.  
cap. 18. num. 54. & quamvis sit religiosus.  
cap. 24. num. 11. Neque est præmittenda fra-  
terna correctio. Ibidem.

C O N S A N G V I N I T A S , vide Matri-  
mo. X. §. IV.

*Conscientia est dictamen actuale practi-  
cum, de aliqua re facienda vel non facienda.*  
cap. 27. num. 275. Nou. num. 280. Et est tri-  
plex; certa, quæ certò iudicat; dubia, quæ nul-  
latenus iudicat; scrupulosa, quæ habet argu-  
menta contra id quod iudicat. nu. 27. 6. No.  
num. 281.

Conscientia erronea obligat. Præl. 7. num.  
15. & Præl. 9. num. 9. & cap. 14. num. 26. Nou.  
Præl. 7. num. 10.

Vt autem obliget ad mortale , non suffi-  
cit quod dicter esse peccatum , sed requiri-  
tur quod dicter esse mortale. Præl. 9. num. 9.

K 5 Con

154 C O N S E C R A T I O.

D Conscientia dubia potest deponi, quoad vnum effectum, & non quoad alium. Atque tunc iudicio prudentis perpendendæ sunt rationes dubitandi. Si enim sunt graues, neutrum credere aut facere debet. Si vero leues, quoad utrumque potest deponi. Si autem mediocres, potest quoad vnum deponi, & non quoad alium, consideratis considerandis. cap. 22. num. 55.

Consciētia quid agat in animo, & quomodo sit vera vel falsa. vide in tit. Scrupulus. C.

C O N S E C R A T I O

*Virginum.*

M Onialis, quæ cùm esset sacerdotalis, vel ante professionem, occultè fornicata est, peccat, si absque dispensatione, aut alia honesta cautela suscipit consecrationis velum. Idem de ea quæ voluntarie se polluit. c. 16. num. 3. §. An Sanctimonialis.

C O N S E N S V S.

C Onsensus interpretatius de actu prohibito est malus. Ad quem ut sit mortaliter malus quatuor requiriuntur. I. Quod sit de obiecto mortaliter malo. II. Quod homo plenè aduertat se delectari. III. Quod non